

University of Groningen

Dissertatio medica inauguralis de osteomalacia universali feminarum atque de pelvis figurae mutationibus quae ex ea oriantur

Swaagman, Albertus Hinderikus

IMPORTANT NOTE: You are advised to consult the publisher's version (publisher's PDF) if you wish to cite from it. Please check the document version below.

Document Version

Publisher's PDF, also known as Version of record

Publication date:

1843

[Link to publication in University of Groningen/UMCG research database](#)

Citation for published version (APA):

Swaagman, A. H. (1843). *Dissertatio medica inauguralis de osteomalacia universali feminarum atque de pelvis figurae mutationibus quae ex ea oriantur*. [S.n.].

Copyright

Other than for strictly personal use, it is not permitted to download or to forward/distribute the text or part of it without the consent of the author(s) and/or copyright holder(s), unless the work is under an open content license (like Creative Commons).

Take-down policy

If you believe that this document breaches copyright please contact us providing details, and we will remove access to the work immediately and investigate your claim.

Downloaded from the University of Groningen/UMCG research database (Pure): <http://www.rug.nl/research/portal>. For technical reasons the number of authors shown on this cover page is limited to 10 maximum.

THESES.

I.

Inter cerebellum et organa genitalia aliquam rationem existere, maxime probabile quidem mihi videtur, licet nondum contigerit, illum rationem accuratius indicare.

II.

*Recte Cl. J. Muller: »Dass die Electriche Kraft von den Innervation ganz verschieden ist.»
Handb. d. Phys. d. Menschen. Bd. I. p. 648.*

III.

»Motus cordis in primis quidem regitur is nervis, quos à nervo sympathico cor accipit, verum tamen extra potestatem nec cerebri est, nec medullae spinalis.»

Sebastian, El. Phys. spec. corp. hum. § 195.

IV.

Probabilior mihi videtur sententia eorum, qui nervum glossopharyngeum gustui inservire existiment, quam eorum, qui idem illud statuerint de ramo linguali nervi trigemini.

V.

»Man heile niemals nach den Namen der Krankheit, sondern nach Indicationen.»

Richter.

VI.

Asthmatis Koppii causam saepissime in abnormali magnitudine glandulae Thymi positam esse, non negandum mihi videtur.

VII.

Non consentio cum iis qui Tussin convulsivam ad morbos inflammatorios pertinere dixerint.

VIII.

Licet magna quidem similitudo constet inter Asthma Millari et Anginam membranaceam, eos morbos tamen non identicos esse statuo.

IX.

Calomel est efficax remedium in Angina membranacea et nunquam fere contraindicatum, nisi in magno Scrophulosis gradu.

X.

Potius consentirem cum iis, qui Noma ad ulcera gangraenosa referant, quam cum iis (Hesse, Klaatsch aliisque) qui eum morbum ad Malacoses pertinere statuunt.

XI.

Symptomata Anginae pectoris saepe prodire videntur e morbis organicis cordis, majorumque vasorum sanguiferorum. Si talia vitia organica adsint, morbus diu jam duraverit, si paroxysmi citius redeant et aegrotus aetatem jam habeat satis provectam, — semper prognosin valde infaustam statuo.

XII.

Non meam facio sententiam Hunteri, Frankii aliorumque, qui statuunt: Osteomalaciam universalem feminarum esse morbum cum Rhachitide identicum.

XIII.

Non consentio cum iis, qui, si pelvis cavitas valde est coarctata ejusque ossa sunt emollita. partum absolvere proposuerint versione foetus in pedes ejusque extractione.

XIV.

Sunt qui statuunt, si Sectio caesarea ob pelvis coarctationem indicata quidem esset, sed propter morbos matris v. c. enteritidem, aliamve inflammationem, sive ascitidem, vel tussin vehementem cet. fieri non possit, Synchondrotomiam nunc multo minore vitae discrimine institui posse; (Salomon, Ritgen aliique;) — nunquam tamen in talibus casibus eam operationem indicatam esse statuo.

XV.

Causam proximam rupturae uteri saepius in constrictione uteri spasmodicâ sitam esse mihi valde probabile videtur.

XVI.

Injectiones irritantes, inductio dilatatorum in urethra taliaque non semper convenire mihi videntur ad curandam Orchitidem, quae vulgo Blennorrhoeam urethrae comitatur.